

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,  
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus  
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,  
& Decretorum ad Officium ...**

**Urban <VIII., Papst>**

**[Romae], 1645**

XXVI. Reuocatio facultatu[m] Superioribus quorumcumque Ordinum, & Religiosorum quoquo modo concessarum, cognoscendi causas suorum subditorum, ad officium sanctae Inquisitionis haereticae prauitatis, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10826**

*Anno à Natiuit. Domini Nostri IESV  
 Christi Millesimo sexcentesimo vigesi-  
 mo secundo, Indictione quinta, die ve-  
 ro prima mensis Septembris, Pontifi-  
 catus Sanctiss. in Christo Patris, & D.  
 N. D. Gregorij diuina prouidentia  
 Papæ XV. anno eius secundo, retroscripta  
 Constitutio affixa, & publicata fuit ad  
 valvas Basilicarum Sancti Ioannis  
 Lateranen. et Principis Apostolorum de  
 Urbe, & in acie Campi Floræ, ut mo-  
 ris est, per me Brandimartem Lat-  
 num Apostolicum Cursorem.*

*Oetavius Spada Magister Cursorum.*

## XXVI.

*Renovatio facultatū Superioribus quo-  
 rumcumque Ordinum, & Religioso-  
 rum quoquo modo concessarum, co-  
 gnoscendi causas suorum subditorum,  
 ad officium sanctæ Inquisitionis hæ-  
 ricæ prauitatis, quomodolibet perti-  
 nentes.*

*Edita A. D. 1606. P A V L V S E P I S C O P V S  
 Seruus seruorum Dei. Ad perpe-  
 tuam rei memoriam.*

**R**omanus Pontifex ea interdum, quæ  
 à predecessoribus suis temporum  
 & re-

& rerum qualitate id tunc exposcen-  
te, prouide pro hæresum extirpatione  
fancita sunt, nouis emergentibus ratio-  
nibus reuocat & immutat, aliaque de-  
super disponit, & ordinat, prout in  
Domino salubriter conspicit expe-  
dire.

S. I. Dudū siquidem fel. rec. Pius Papa  
Quartus prædecessor noster perpetuo va-  
litura Constitutione, statuit, ordinavit  
& declarauit, quod ex tunc deinceps in  
omnibus Christiani Orbis partibus In-  
quisitores hæreticæ prauitatis tam ge-  
nerales, quam in quibusuis Prouincijis,  
Ciuitatibus, Oppidis, Terris & Locis  
pro tempore deputati particulares, con-  
tra omnes quorumcunque Ordinum, etiā  
exemptorum, etiam Mendicātium pro-  
fessores & Religiosos, ac etiam alios  
quoscunque quovis modo priuilegiatos  
& exemptos, de hæresis crimine quomo-  
dolibet suspectos aut culpabiles, dum-  
modo ab eorundem professorum & Re-  
ligiosorum Superioribus vel Prælatis in  
causis huiusmodi præuenti non fuissent,  
iuxta facultates officij Inquisitionis ip-  
sius prauitatis inquirere & procedere, ac  
culpabiles & delinquentes repertos, se-  
cundum canonicas sanctiones castigare  
atque punire possent & valerent; ac alias

F prout

Pius IV. iussit  
Inquisitores  
procedere  
contra quos-  
cūque regu-  
lares, dūmo-  
do ab eorum  
Superioribus  
nō esset præ-  
uentū ut sup.  
in eius con-  
stit. § 1. Paſto-  
ris.

prout in literis ipsius Pij prædecessoris latius continetur.

I. I. Cum autem rerum usu compertum sit, occasione præventionum huiusmodi nonnulla interdum impedimenta orta esse, quo minus causa huiusmodia qua decet diligentia cognoscantur, Nos de consilio Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, contra hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum illa de medio tollere volentes, Motu proprio & exacta scientia nostra ac matura deliberatione, hac nostra etiam perpetuo validura Constitutione omnia & quacunque priuilegia, indulta, facultates & cōcessiones Generalibus, Superioribus, & Prælatis quorumcunque Ordinum, siue Mendicantium siue Clericorum Regularium, cuiusvis Ordinis & instituti, etiā in dicta constitutione non expressorum, & quantumvis exemptorum, & quocunque nomine nuncupentur, per dictum Pium, ac quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & Sedem Apostolicam concessa, approbata, & innouata, & quantumvis etiam longissimo tempore obseruata, causas ad dictum officium quouis modo spectantes, cognoscendi, & terminandi, seu in illis quoquo modo

Hic modo Pō  
tif. facultatē  
quibuscūque  
Ordinū Præ  
latis cogno  
scendi causas  
Regularium  
ad officium  
Inquisitionis  
spectatesqua  
quonodo co  
cessam reuo  
rat.

modo se intromittendi, quorum omniū & singulorum tenores, etiamsi de illis specialis & expressa mentio habenda es-  
set, præsentibus pro plene & sufficienter expressis, et insertis habentes, Apostoli-  
ca auctoritate tenore præsentium perpe-  
tuo cassamus, reuocamus, et abolemus.  
ipsisque Generalibus, Superioribus, et  
Prælatis, vt de cætero quoquis quæsito  
colore, vel prætextu præventionis, vel  
confuetudinis, et præscriptionis imme-  
morabilis, seu cognoscendi, an delatio-  
nes huiusmodi calumniosæ sînt, necne  
in eisdem causis, tam motis, quam mo-  
uendis, quoquo modo se intromittere,  
seu immiscere, denunciations recipere,  
testes examinare, processus confidere,  
causas ipsas cognoscere, definire, vel ter-  
minare minime audeant, seu præsumant,  
simili auctoritate districtius inhibe-  
mus.

§.3. Volentes, & expresse mandan-  
tes, vt ipsi Religiosi possint & debeant  
omnes, etiam Ordinum huiusmodi pro-  
fessores de hæresi suspectos, Inquisitori-  
bus vel Ordinarijs locorum viciniori-  
bus libere denunciare, absque eo quod  
Superiores prædicti personas denunciā-  
das, & causas perquirere, vel quoquo-  
modo id impedire, vel retardare audeat  
seu præsumant.

Regular. om.  
nes Ordina-  
rijs & Inqui-  
sitoribus libe-  
re denunciari  
mandat.

Et causas co-  
ram ipsis Træ-  
latis pendē-  
tes Inquisito-  
ribus, & Or-  
dinarijs com-  
mittit.

§.4. Insuper omnes , & quascunque  
causas ad dictum officium quomodoli-  
bet spectantes & pertinētes , coram Ge-  
neralibus, Superioribus , & Prælatis hu-  
iusmodi in quibuscunque locis existen-  
tibus , ac contra quoscūque Religiosos,  
vt præfertur exemptos , motas & pen-  
dentes , ad nos earum serie auocamus,  
easque omnes in statu & terminis , in-  
quibus de præsenti reperiuntur , ipsius  
prauitatis Inquisitoribus, vel Ordinarijs  
locorum vicinioribus terminādas com-  
mittimus.

Prælatos ad  
transmittere  
dum omnia  
acta , & om-  
nes regulares  
de hæresi su-  
spectos, ijsdē  
Ordin. & In-  
quisitoribus  
monet.

§.5. Præterea ipsis Generalibus , Su-  
perioribus, & Prælatis pari auctoritate  
præcipimus atq; mandamus , vt omnes  
processus & acta causarum huiusmodi  
Inquisitoribus seu Ordinarijs prædictis  
respectiue remittant, & consignent; nec-  
non professores , Fratres , & Religiosos  
supradictos , quos hærefis labe infectos  
vel suspectos , etiam in visitatione esse  
nouerint, absque alia consultatione cum  
proprijs Superioribus facienda , eisdem  
Inquisitoribus vel Ordinarijs locorum  
vicinioribus respectiue denuncient .

Contrauenie-  
tibus poenas  
imponit.

§.6. Quòd si Generales , alijq. prædi-  
cti præsentibus literis non paruerint, eos  
omnes priuationis quarumcūque digni-  
tatum, seu Prælaturarum, vel officiorum  
suorum Ordinum, ac vocis actiue & pa-  
siuæ,

siuæ, perpetuæq. inhabilitatis ad easdem,  
necnon contra fautores hæreticorum  
& impedidores officij statutas & infli-  
etas pœnas, aliasq. censuras Ecclesiasti-  
cas etiam excommunicationis maioris  
latæ sententiæ , à qua nonnisi à Nobis,  
vel à Romano Pontifice pro tempore  
existente, præterquam in mortis articu-  
lo, absolutionis beneficium valeant ob-  
tinere, eo ipso incurrisse.

§.7. Necnon præsentes literas , licet  
generales Superiores , & Prælati prædi-  
cti, aut quicunque alij quauis auctorita-  
te, dignitate vel officio , seu honore ful-  
gentes in præmissis quomodolibet inter-  
esse habentes, vel habere prætendentes  
ad hoc vocati non fuerint , semper &  
perpetuo validas & efficaces existere ,  
suosq. plenarios & integros effectus for-  
tiri & obtinere, ac de omnibus inuiola-  
biliter obseruari: sicque per quoscunque  
Judices & Commissarios , quauis aucto-  
ritate fungentes, etiam S.R.E. Cardina-  
les, sublata eis & eorum cuilibet quauis  
aliter iudicandi & interpretandi facul-  
tate & auctoritate , iudicari & definiri  
debere: irritum quoque & inane, si secus  
super his à quoquam quauis auctorita-  
te, scienter vel ignoranter contigerit at-  
tentari, decernimus & declaramus .

§.8. Non obstatibus prædicta, ac qui-

Clausulas hu-  
ius Bullæ præ-  
seruatim ap-  
ponit.

Edita A.D.  
1574.

F 3 busuis,

busuis, alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinum, & institutorum quorumcunque iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis & literis Apostolicis, etiam mare magnum, vel alias quomodolibet nuncupatis, eisdem Ordinibus eorumq. Generalibus, Superioribus, & Prælatis, ac personis, etiam per quoscunque Romanos Pótifices prædecessores nostros, ac Sedem prædictam, & per Nos quouis modo concessis, confirmatis, & iteratis vicibus, approbatis & innouatis, quibus, ac alijs omnibus, quæ præsentibus quomodolibet obstante possent etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica & expressa, ac individua & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quauis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum tenores pro plene & sufficienter præsentibus expressis, & totaliter insertis habentes illis alias, in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, & specialiter & expresse derogamus, cæterisq. contarijs quibuscunque.

¶. 9. Ut autem præsentes literæ ad  
om.

omnium notitiam deducantur, neue aliquis ignorantiam earum prætendere, aut contra eas se excusare valeat, illas in valuis Sancti Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum Basilarum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac acie Campi Floræ de more, affigi & publicari, earumq. exempla inibi affixa dimitti, ac post publicationem huiusmodi omnes & singulos quos concernunt, & concernent in futurum perinde arcent & afficiant, ac si eorum cuilibet personaliter intimatae fuissent.

Formam &  
effectum pu-  
blicationis  
præscribit.

§. 10. Quodque earum transumptis etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, et sigillo alicuius Prælati seu personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eandem prorsus fidem in iudicio et extra, vbiq; gentium et locorum adhiberi volumus, et mandamus, quæ eisdem originalibus literis adhibetur, si essent exhibita vel ostensa, et nihilominus ut ad maiorem notitiam singularum, et quorumcunque Religiosorum prædictorum præsentes deueniant, etiam volumus et in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, et mandamus Generalibus, Superioribus, et Prælatis prædictis, ut in primis proximis futuris Capitulis, seu Congregationibus, Provincialibus, vel Generalibus cuiuscunque

Transumptis  
credi iubet.

Prouinciæ, tam in Italia quam extra, præsentes nostras literas legi, et publicari faciant, et procurent.

Sanctio pœnalis.

Dat. P. An. 2.  
die 1. Sept.

I. II. Nulli ergo etc.

Dat. Romæ apud Sanctum Marcum  
Anno Incarnationis Dominic. 1606. Calend. Septembris, Pontificatus Nostri,  
Anno secundo.

Anno à Natiuit. D. N. IESV Christi  
1606. Indictione 4. Pontificatus autem  
Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D.  
Pauli diuina prouidetia Papæ V. An-  
no secundo, die vero tertia mensis Octo-  
br. supradictæ literæ Apostolicæ, affi-  
xæ & publicatæ fuerūt ad valvas Ba-  
silicarum sancti Ioannis Lateranensis,  
Principis Apostolorum de Urbe, &  
Cancellarie Apostolicæ, ac in acie Cä-  
pi Floræ, ut moris est, per me Ioan.  
Baptistam Menochium, eiusdem San-  
ctiss. D. N. Papæ, & Sanctissimæ In-  
quisitionis Cursum.

## X C V I I.

Innuatio Constitutionum à Sixto IV.  
et Pio V. de Conceptione B. MARIAE  
Virginis editarum. Impositioq. ma-  
iorum